



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Meditandi A S. P. Ignatio Societatis Iesv Fundatore traditæ Explicatio

Le Gaudier, Antoine

Dilingæ, 1627

Cap. IV. Quæ sit causa efficiens orationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50280)

cæteri omnes quotquot siue ab ipso S. P. Ignatio, siue ab eius Sociis sunt instituti: vt in nostra Societate iam solemne sit ab ipsa eius origine quotidiana meditationis argumentum ex mysteriis vitæ Christi eruere: ex illo quippe vno absolutissimo exemplari, quod inspicere & imitari iubemur, in quotidianæ vitæ vsum virtutum omnium perfectionem transferre facile possumus: & in eo vno, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi, diuitias ad omne opus bonum sitas & collocatas habemus; si modò ad inuestigandum tantum thesaurum intelligentia, ad complectendum affectus non desit.

CAPVT IV.

Quæ sit causa efficiens orationis.

HÆc adeò præstans orationis actio non ab vna duntaxat causa, sed à duabus simul, Deo nimirum:

B 5 &

& homine, procreatur. *Viriusq; enim,*
 inquit Autor Operis imperfecti,
Hom. 4. opus est, quia & homo Deum
necessarium habet, & Deus hominem
ad iustitiam faciendam: nam sicut
homo non potest facere bonum, nisi ha-
buerit adiutorium Dei, sic nec Deus
bonum operatur in homine, nisi homo
voluerit: sicut nec terra sine semine, nec
semen sine terra fructificat; sic nec ho-
mo sine Deo, nec Deus sine homine iu-
stitiam operatur in homine. Quan-
 quam enim Deus, velut prima causa
 & vniuersalis, cæteris omnibus crea-
 turarum suarum operationibus suam
 ipse operationem admisceat; singula-
 ri tamen modo hoc orationis opus
 efficit. Quare Spiritus Sanctus dici-
 tur postulare pro nobis gemitibus in-
 enarrabilibus, dum nos vt postule-
 mus excitat, & in nobis ipse idē quod
 postulamus postulat: quatenus pro
 eo infinito, quo se & nos amore pro-
 sequitur, sibi nobisq; omnia bona de-
 siderat,

siderat, atq; adeò à sua bonitate mirâ
quadam ratione, veluti per nos effla-
gitat quæ ad nostram perfectionem
& suam gloriam dona per oratio-
nem impetramus. Atque id ipsum,
non tantùm de postulatione, sed eti-
am de gratiarum actione, admiratio-
ne, Dei laude, honore, amore, cæte-
risque actibus & affectibus, qui in o-
ratione mentali exercentur, dici po-
test. Postulat ergo hoc modo, & orat
ipse, & simul orare & postulare nos
facit, gemitusque illos inenarrabiles
in nobis excitat. Nā cum sit adeò præ-
stans hæc hominis actio, & ex tot su-
pernaturalium virtutum actibus cõ-
ponatur, eget sine dubio diuinæ gra-
tiæ auxilio singulari, excitante tor-
pentem, & terrenis curis defixam,
hominis voluntatem erigente, vt o-
rare velit, & nimirum efficaciter, fru-
ctuosè, & perfectè velit, & vt re ipsa
tandè quod voluit præstet, viresq; suas
omnes, & animæ corporisq; faculta-

tes ad tantum opus conuenienter applicet. *Neg, enim, inquit Gregor. Theologus or. 2. in Pasch. aliter terreni corporis mentisq, vinculis astricta crassities Deum concipere potest, nisi diuinitus adiuetur.*

CAPVT V.

Oratio alia ordinaria, alia extraordinaria, & unde petatur hæc diuisio, & quod inter utramque discrimen.

ATq; hinc occurrit cōmunis orationis partitio in eam quæ ordinaria Ordinaria est, & eam quæ extraordinaria dicitur in qua vtraque causa, Deus & homo, cōmuni modo & ordinaria ratione concurrat; ita vt, nec alium Deus, quàm qui à natura rerum, seu diuina potius in rebus omnibus ordinatione, exigitur, concursum exhibeat; nec illius vi ac operatione vires hominis supra humanam
&